



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

23. Si offers munus tuum ad altare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

*de diligendo inimicos: tum deum quædam veteris legis mā-
data ipse alio quodam modo mandat & iubet: quale illud est.
Ioan. 14. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem. sicuti eo loco
Ioan. 15. explicabitur. Et iterum. Hoc est præceptum meum, ut diligatis
inuicem. Et rursus sua mandata tantopere vrget, ut dicat:
Ioan. 16. Vos amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Si præ-
cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Postremò
Matth. 28. Apostolicæ legationis hæc summa erat: Docete omnes gentes,
docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Quare
S. I. S. can. hanc insanam Caluini arrogantiam negantis contra veterum
21. hoc loco doctrinam Christum esse legislatorem, Concilium
Tridentinum iusto anathemate percussit. Alias probationes
vide apud Andream Vegam de iustificat. lib. II. cap. 7.*

23. *Si offeris munus tuum ad altare.*

Dicit hoc loco Caluinus, Christum pro illius seculiratione
*de sacrificiis loqui, hodie dissimilem esse nostram condicio-
nem. Sed ut Christi doctrina eadem ac perpetua omnibus se-
culis sit, nec ad illud solum tempus restringatur quo Iudeorum
sacrificia ad Dei cultum pertinebant, (quo nihil magis
absurdum) necessariò fatendum est non solum in quolibet
prio opere ad Dei cultum destinato hanc legem valere (qui
tantum tropologicus est huius loci sensus) sed Christum ad
Sacrificium in Ecclesia literam de futuro in Ecclesia sua sacrificio extero (quod hæ-
externum. retici hodie agnoscere nolūt) hanc legem tulisse. Nam & nos
Hebr. 13. habemus altare, de quo edere non possunt, qui deseruunt taber-
naculo, ait Paulus: de quo etiam sacrificio dicit: Probet seipsum
1. Cor. 11. omnis homo, & sic de pane illo edat, &c. Summa autem proba-
tionis pars est, ut omnis cum fratre simulas penitus aboleat-
tur: quod hic imprimis Christum spectasse veteres interpre-
tes annotarunt. Chrysost. homil. 16. vbi ait. Audiant hi quis a-
ceris mysteriis iniciati cum inimicitiis ad communionem altaris
accedunt. Rursum homil. II. operis imperfecti. Hilarius in
Marth. Can. 5. & Augustinus lib. I. cap. 20. de hoc serm. Do-
mini in monte.*

26. *Non exies inde, donec solvas nouissimum
quadrantem.*

Catholico-
rum accu-
satio' im-
merita.

Debacchatur hoc loco prolixè Caluinus contra Catho-
licos modernos, qui in perpetua huius loci allegoria pur-
gatorium